



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Expenduntur præcepta, quibus omnes Religiosi Societatis adstringuntur.
Punct. 9.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

sicut deinceps expresse prima congregatio generalis, decreto 9.
alias 102. & congreg. 1. de covo 34. & Greg. XIII. in Bulla
Ascendente Domino, & sub hac intentione emittuntur, & aces-
cipantur. Ratio autem quare simplicia, sunt & non solemnia,
principia est, qui non sunt à Pontifice, vt solemnia statuta
cum enim votorum solemnitatis ex sola dispositione Pontificis
est possit. Pontifex autem nullam his votis solemnitatem
induxit, nullam solemnitatem habere possit, sed necessariò
erunt simplicia, & ad hoc indicandum non emittuntur. Hac
vota simili cum votis, sed paulo post, neque in Ecclesia,
sed in Sacra Scriptura, & minori cum solemnitate. Quod contra acci-
dit voto solemni obediendi Pontifici in missioneibus, quod
in ipso acto professionis, & non tanquam accessorium, sed tan-
quam eam professionem constitutus emittitur. Quod si toges,
quare simili obediencia hæc solemnitatis est, non autem
his votis respondet, quia voto obediencia se tradit professus
in potestatem Pontificis ad missiones Ecclesie, sedique Apo-
stolice maxime viiles extenderat, expeditum fuit solemnitatem
illius voto, ut pro excellentissimo concedere. At his votis
non tam se tradit professus religioni, vt in eius utilitatem ali-
quam actionem exercet, quam vt ab actionibus prauis, & reli-
gioni nocui abstinet, eaque de causa in sua natura simplici
religia sunt; & in sustinet suarum latius probans e. 4. de religi-
onis. 10. lib. 6. c. 11. per totum.

P N C T V M I X.

Expeduntur præcepta, quibus omnes religiosi
Societatis astringuntur.

S V M M A R I V M .

- 1. Præcepta tum à Preposito Generali, tum à congregatione generali statuta non expirant morte Generalis statuentur, sed omnem suam vim, & obligationem restituunt, quoque à successore reuocentur.
- 2. Primum præceptum est, ne villus è Societate tractet directè, vel indirectè de genere illius, de quo post vota benni emissa suscipio est ex genere Iudeorum, & Saracenorū descendere. Et proponit obiectio.
- 3. Afferitur præceptum iustissimum, & sanctissimum esse. Et obiectio fit satis.
- 4. Secundum præceptum est, ne villus è Societate se ingeneret in procuranda aliqui cathedrali, seu canonica, neque ad hunc finem oppositores inuenit. Et explicatur præceptum.
- 5. Tertium est, ne villus è Societate Patribus Dominici, an opiniōnem illam posse per epistolam confessum fieri. Et Absolutionem impetrari attribuat. Et explicatur finis & materia.
- 6. Quartum est, sub pena priuationis vocis actiua, & paucis, ne villus ex nostris denigret religionem, doctrinam, & sanctitatem Dominicanorum Patrum, & explicatur præceptum.
- 7. Quintum est, ubi pluribus patribus, ne villus è Societate quo modo sibi placere significet, diximus illam, aut secundum in illam confidimus cuiquam dat, scilicet in venera exiguam aliquam delegationem deliberatae qualiam propter levitatem materia excusari a peccato mortali.
- 8. Explicatur, qualiter predicta doctrina præcepto prohibita sit.
- 9. Sextum præceptum est sub excommunicationis pena, ne villus è Societate publicè aut priuatione doceat licetum esse euicunque persona quoque prætatu rumpidis Reges aut Principes occidere, seu mortem eis machinari. Et explicatur præceptum.
- 10. Septimum est sub pluribus penas, ne quispiam pulchritudine secularium principum negotiis, se immiscetur aut etiā rogatus, vel requisitus cura res politicas tractandi sibi. Et explicatur finis & materia præcepti.
- 11. Octimum est, ut Preposito Generali fideliter deforant tam autores, quam complices, quo deprehendebant aliquid machinari, aut machinatos suisse contra Societatem institutum.
- 12. Nonnum est sub iusta excommunicationis lata sententia aduersus eos, qui per se vel per alios officium Qualificatoris S. Inquisitionis presumserint procurare, vel ambire.
- 13. Decimum est, sub pena excommunicationis Provinciali referuate in illos, qui inconsulto Provinciali exterior de dimissione sua in concilium adiubent, & in illos, qui exterorum auxilio ad dimissionem a superioribus obtinendam utuntes, & explicatur finis, & materia præcepti.
- 14. Ultimum præceptum est, sub pena excommunicationis lata sententia, ut omnes, qui sciunt aliquem munus Propositi Generalis affectasse, manifestent vicario, vel alii ex antiquioribus professis.

Ferd. à Castro. Sum. Mot. Pars III.

1. Vlta votorum obligationem sub aliqua præcepta tum à Preposito Generali, tum à congregatione generali statuta, quæ omnes Religiosos societatis astringunt, quorum explicacionem breviter percurram, ne hinc ope aliquid desit. Et ante omnia vt indubitatum præmitendum est, supradicta mandata non expirat morte generalis statuentis, sed omnem suam vim, & obligationem retinent, quoque à successore reuocentur: sic enim dehinc Congregatio 4. generalis, decreto 1. & can. 23. ibi: similiter mandata, & ordinaciones quæcumque (exceptis illis quæ designationes admittendorum ad professionem sunt, &c.) non expirant per obitum generalis mandantis, & ordinantis, sed robusti suum obtinere, & executioni mandanda, si nondum sufficiunt mandata, donec successor eius alia statuerit. Idem tradidit Congregatio 7. generalis, de c. 67. & c. 10. ibidem vero rogatum est, san de mortui Generalis ordinatione (a fortiori mandata) responsa ad provincias, priuilegiorum communicationes, particulates concessiones, & id genus alia etiam cum assilientibus tractata, sed à Generali congregatione non approbatam vim suam obtincent mortui Generali? An vero illarum obligatio, aut concessio cum illius morte expirent? Conseruit congregatio eandem vim habere, quam viuo generali habebant, donec à successore reuocentur. Quapropter eis commune, & in Theologia receperunt fit prælati mortuo pugnare non obligare; quia in hoc à lege, & constitutione, quæ perpetua est, distinguuntur; at societas præcepta Generalia, & obligationem legi tribuit, quælibet à successore fuerint reuocata.

2. Primum præceptum, quod communiter circumferitur latum à Claudio Aquaniua Preposito Generali est, ne villus è Societate tractet directè, vel indirectè de genere illius, de quo post vota benni emissa suscipio est ex genere Iudeorum, & Saracenorū descendere. Quod si fortè ablique villa inquisitione cognoverit errorem suum communis in ea in societatem admittendo, codem præcepto obligatur, ne dicte, vel indicet de ea materia tractet. Alicui videri posset hoc præceptum rationabile non esse. Nam cum in congregat. 5. g. generali, decreto 41. excludantur à societate, qui non Christiani vocatione, ex progenitoribus Iudeis, & Saracenes deludentes, caueaturque si post emissa vota hoc impedimentum ante professionem detegatur esse à societate excludendos; & hoc decretum omnibus manifestatur, potius videbatur conueniens, si suspcionem haberes aliquem cum supradicto impedimentoo esse in societatem ingressum, veritatem inquietes & cognita veritate manifestares, ne societas præiudicium haberet reuensis in se religiosos tuos ministerios inepros. Non igitur conueniens fuit hanc inquisitionem prohibere, & hunc tractatum excludere.

3. Ceterum tenendum est tanquam omnino certum iustissime, & sanctissime supradicta prohiberi. Quod aperiens constat, si aduersus quid tibi hoc præcepto prohibetur. Prohibet namq; eo suspcionem impedimenti concepti inquisitionem illius facere non solum authenticam, sed familiarem per colloquia, & conuertationes, cōmunes, & metito huius inquisitionis prohibitory statuta est, quia est virtualis, in formulis proximi infamatio, & à legitima possessione, quæ habet vivendum in societate deturabitur. Quod si tibi de impedimento clarae confit, prohibebitis, ne illud euulges, neve de illo sermonem misceas, quia hæc conuersatio nullus est utilitatis, sed potius charitatis scindit, & concordiam tollit, & infamiam pertulat. Ex quibus manefite constat prædictissime hoc præceptum latu est. Neque ratio in concitatum oblitus. Fatoe namq; ut per errore admisum detecto errore ante professionem à societate consulito generali esse excludendum, ad cuius effectum censio non prohibebit supradictum præceptum Generali Præpositum, penes quem est dimissio potest, tertiorum fieri de impedimentoo predicto, vt quod in domino magis expedite iudicauerit, decernat. Manifestatio enim huius impedimenti non comparatione Generalis, sed comparatione aliorum à Generali, & maximè per modum conuersationis prohibetur.

4. Secundum præceptum à Claudio Aquaniua Preposito Generali latum est, ne villus è Societate se ingeneret in procuranda aliqui cathedrali, seu canonica, neq; ad hunc finem oppositores inuenit. Quod præceptum per P. N. Murium Vitellcam censetur est: subdolus tamen per hos non excludi, quin si aliquis in confessione, vel extra concilium peras, cuiam ex oppositoribus suffragium debeat concedere, posit religiosus Societatis in foro conscientie ci veritatem aperi: loquitur præceptum de favore praeditando in cathedrali, seu canonica, in qua varij competitores concurredunt. Praestare namq; favorem in cathedrali, seu canonica nullo concursu prouidendis non prohibetur in præsentis, ut manifeste constat, tum ex verbis Claudi, ibi oppositores inuenit: cum ex limitatione P. N. Murij ibi: cuiam ex oppositoribus. Supponunt ergo adesse oppositores. Quocida si procures, vt cathedrali, vel canonica alias per oppositionem prouidenda aliqui concederetur absq; villo concursu, & oppositione, ne quaquam aduersus hoc præceptum delinqueret. Quod præceptum prudenter sanè statutum est, ne vni fauendo alios offendas.

A a 3 Nam

Nam ut recte dixit Ambros. lib. 3. de officiis, c. 9. sacerdos, &c. ministri est praeferre si fieri potest, omnibus, obesse nemini. Deinde si non potest alteri subveniri, nisi aliter laetatur; et modius est neutrum iuare quam grauare alterum. Ex quo sine dictu, eam sollicitudinem, diligentiam, & votorum negotiationem, quae grauiter offendere possit alios competitores hoc praecepto prohiberi. Quae autem haec sit prudentis arbitrio spectaculo existentia definenda est. Credebam tamen ex te non repudiari negotiationem offensuam, ne du negotiacionem, si seculu scadalo, & debita cum circumspectione electores alloquaris, & merita illius, cui cathedrali, vel canonica appetis, proponas, etiam si in ea propositione cum aliis oppositoribus preferas; quia per hanc propositionem solam veritatem (ut suppono) manifestas, neque electores effectu ad votum inducis, sed solum obiectu proponendo scilicet obiectum suffragio dignum, vel cui suffragium debetur. Si enim electores ad te accedentes informandi, permitte P.N. Murius, ut illis manifestes, pro quo debent ferre suffragium, quia haec manifestatio negotiatio non est, ex eo autem quod tu ad illos accedas, & sermoni miscas, & eodem modo veritatem declarares, ac interrogatis, si interrogatis eis, non immatis manifestacionem. Ergo si vna non conferuntur negotiatio, ne scalia. Verum est hoc ita sit in rigore loquendo, omnino ab hac actione absindendum censeo ob peccatum & scandalam; eaque de causa norantes dixi negotiacionem non esse, si debita cum circumspectione fiat. Negari namque non potest graue periculum esse quod proponendo viuis oppositoris menta, misceras, negotiacionem intercedendo, rogando, petendo pro illo suffragium: grauissime ob peccatum scandali, & offensionis comparatione aliorum oppositorum, qui meritò praefumere possunt te non solum veritatem simpliciter proponere, sed de facto intercedere, sollicitare, & negotiari; praecepit enim cum ex sola simplicie veritatis propositione in alterius favorem maximè non petita offendendi. Ille igitur favor hoc praecepto prohibetur, quia vera agentia sua & negotiatio, qualis esset, si per te, vel per alios quantum est ex parte tua moueres electores ad suffragium monitibus, intercessione, petitione, offensione gratitudinis future praestans, & similibus. Hoc enim non oppositoris ornamenta detegunt, atque adeo non obiectu mouent, ut in precedentia causa, sed voluntate electorum excent, & effectu mouent, & per modum causæ efficientis inclinam ad suffragium: id est haec actiones, agentia, & negotiaciones sunt, non aliae.

5. Tertium praeceptum est ab eodem Claudio Aquaviam latum 23. Septemb. 1602. ne vlius è societate Patribus Dominicanis opinionem illam posse per epistolam confessionem fieri, & absolucionem impetrari attribuit. Quid praeceptum ipsius etiam Dominicani comparatione nostræ societatis à suo Generali impostum est. Finis huius praecepti fuit, ut vno & pax, quam haec grauissima religione inter se habere debent, quæcunque religioni Christianæ, & proximorum salvi, & aedificationis maximè necessaria est, scindetur. Materia huius præcepti est, ne vlius è Societate supradictâ falsam opinionem, & à Clem. V. III. damnatum Patrib. Dominicanis attribuat, sive verbo, sive sermone, sive in cathedra, sive in communibus consuetudinibus. Quoconvenient modo attribuat, aduersus hoc praeceptum delinquit, sed est valde notandum verbum attribuit. Non enim prohibetur dicere, scribere, seu referre auctores, qui ex Dominicana familia huius opinioni damnatae ante condemnationem adhaeruerunt (hoc enim præstante rebus scribentes illam quæstioinem) sed prohibetur Dominicam familiam auctorem, & principem illius opinionis facere, id enim sonat verbum attribuit, quod idem est, ac imputo.

6. Quartum praeceptum ob eandem causam, & ab eodem præposito Generali latum sub priuatione, vocis actiua, & passiva, est, ne vlius ex nostris denigret religionem, doctrinam, & sanctitatem Dominicanorum Patrum. Idemque praeceptum ipsius est à suo Generali impostum comparatione nostrorum. Tota difficultas huius præcepti est in explicando quid sit denigrare religionem, doctrinam, & sanctitatem aliquius? Censoitur tunc contingere, quando vel additione, vel diminutione verborum de illius sanctitate, religione, & doctrina falsum aliquid proficeret, sinistrorum opinionem quantum est ex te in aliorum animos induceret. Itemque quando secretum defictum publicaret. His enim vilia famam alicuius, & rectam illius estimationem denigras; siquidem ab opinione, quia iustitia possideret, inique cum deturbas. Quocirca in præsentia aduersus hoc præceptum delinquit, frater dominum Patrum Dominicanorum falsam, periculam, fundamentum carentem pronuncias. Quod non solum verum credo, cum de doctrina generali loqueris, sed cum de aliqua doctrina in particulari sermonem facis, si illam periculose opinionis censura inuras, cum tamen communiter à doctribus non sit reputetur iustificare enim istam estimationem, quam illa doctrina possideret, tollere incedas. Impugnare autem eorum doctrinam, quam reputas minus probabilem, vel tuo iudicio falsam rationibus efficiacibus, sed non exaggerationibus, ut sic veritas manifestetur, & audientes illi non adhaerant, non est contra hoc

præceptum. Quia illa non est denigratio, sed veritatis occulta insufflata detractione, cui non obstat, etiam ex si malo animo impugnatione facias; quia maius animus non mutat naturam impugnationis esto reddat illam extirpescere vires. Hac de dicta, quod sanctitatem, & religionem attinet, tunc, & non amplius credere peccare aduersus hoc præceptum, quando eo factis peccates infamando, vel detrahendo Dominicanorum sanctitatem, & religionem. Unde si falsa dicta illis impones, vel vera sectari manifestas, aduersus hoc præceptum delinqutes. Quod si dicas, ergo nullius utilitas est hoc præceptum, siquidem nihil aliud prohibet tam quod sanctitatem, quam quod doctrinam, præter id, quod iure naturali prohibit est. Responde maxima utilitas esse. Tam quia prohibetur nouo titulo, scilicet voto obedientia, & religionis. Tam quia hanc expressa prohibitione obtemperatio naturalis præcepti commendatur. Tam dico; quia significatur omnibus, quanum Societas, illiusque superiores hoc vitium in suis religiosis detectentur, vel iniquum ab eo alienos esse.

7. Quintum præceptum impotens est ab eodem Proprieto Claudio sub pena excommunicacionis, & priuationis letæ, & vocis actiua, & passiva, & inhabilitatis ad quælibet officia, aliisque penalis pro arbitrio superiorum, & sub combinatione, quod non si delinquenti concedenda profecto, sed potius magnopere confundandum, an expedit eum in Societate conseruare. Præceptum igitur est, ut vlius è Societate publice, vel priuatione non modo ut veram, vel problematic, sed ne ut tolerabilem quidem doctrinam vla ratione doceat, aut si placere significet, aut secundum illam consilium cuiquam det, scilicet: In re venera exiguum aliquam delectationem deliberare quæstia proprie, levitatem materie excusat a peccato mortali. Additum sub obedientia præcepto, ut quæcumque ex nostris fecerit aliquem aduersus dictum præceptum deliquerit superiori teneture manifestare. Merito hoc præceptum in Societate impostum est. Nam cum omnes reuocari ex suis regulis, & confraternibus priuationem angelicam intant, conueniens fuit, ut non solum in opere sed in doctrina non solum in se, sed in aliis cam puritatem procurarent.

8. Sed non leuem pluribus doctoribus difficultatem inuitat dictum præceptum ut penitus effectum, ut verbi exagratum, præcepit cum videatur opponi communisimo doctorum sententiae admittenti in materia luxurie lete peccatum ex priuatione materie. Neganque enim credendum est voluisse Claudium virum aliqui doctissimum, & prædilectionum, Societatisque prælatorum condonare tanquam doctrinam omnino exterminandam, quæ affirmare delectationem sumptum ex vissitudine mulieris pulchritudine, ex illius manu contracta, ex illius collatione absque vlo desiderio, vel periculo vltioris lapsum esse peccatum veniale. Verum si verba præcepti ardentem expendantur, facile supradicta difficultas dissoluitur. Neque enim Claudius negavit, nec negare potuit probabilitas esse supradictas delectationes leuis esse: solum enim negavit in re venera dari exiguum delectationem ex leitate materie. Et quidem merito. Nam res venera propriæ est cotius, vel pollitus, vel ad sumnum, qua ad hoc proxime disponunt, ut est communio spirituum generationis subseruientium, sicut scilicet tradit Galen, lib. 4. de vita parv. c. 9. & 10. Delectatio igitur, quæ ex imaginatione, vel ex contactu sicut etiam ex coitu, pollutione, commotione spirituum subseruientium generationi, nequam ex leitate materie, tunc mortali excusari potest: quia est deliciatio in te venera. At delectatio, quæ sumitur ex visione mulieris pulchritudinis, ex illius manu contracta ob solam illam delectationem absque vlo alio periculo, vel desiderio non est delectatio in te venera, ac proinde nec peccatum mortale, si ita sustinet. Filius Iacob. 30. in 8. præcepto decal. c. 9. per totum præcepit n. 80. &c. Obligatio denunciandi delinquentem aduersus dictum præceptum, que sub obedientia imponitur, sex his que diximus de obligacione denunciandi ambientes, scilicet, super que confiteat potest, &c. Sextum præceptum sub excommunicacionis pena imponit, scilicet, ne vlius è Societate publice, aut priuatione doceat licetum esse cuiuscumque personæ, quocumque prætextu tyrannicis Reges, aut principes occidere, seu mortem eis machinari. Cum enim proprius sit religiosorum Societatis omnes mundi partes peragri, vbi maius Dei obsequium, & proximum fructus speratus, & pedis, maximè omnibus præcepit Regibus, & Principibus gratos esse: cui fini non leviter obstat doctrina hoc præcepto prohibita. Merito ergo religiosi Societatis eam docere prohibentur. Verum ut intelligas, quid hoc præcepto tibi interdicatur, aduerte, dupliciter aliquem tyrannum esse potest. Primo si absque vlo tirolo inuidat civi, acutus, fulvo possessionem & dominium vi, & potesta summa velit, de facto obsecrat. Secundo si iure & titulo falcam probabile illius dominium habeat, ar in administratione tyranneum procedi condendo leges bono communis aduersas, & tibi villes, vel ipsa iniuncta exigendo, honore plures indebet priuando, &c. Si hoc posteriori modo tyranus existat, non est dubium, sub dicto præcepto comprehendi, qui priuatione, vel publice doceat licetum esse cuiuscumque personæ sum occidere. Quocirca sollemnitatis difficultas

scultas de primo modo tyrannidie; an aduersarii huius præcepti qui docet cum occidi posse. Videatur non aduersarii, quia cum præceptum, eiusque obligatio non late, sed strictè interpretanda sit non debet extendi ad omnes tyrranos. In contrarium autem est; quia præceptum generaliter loquitur & absque via restringere, idque fatus significat verba illa: *Quocunq[ue] præceptum tyrannidu[m], que certe excludunt, ne doceatur ob aliquam tyrannidem Reges, & principes à priuata persona occidi posse.* In haec re distinguendum centrum, si Rex aut princeps obtinuit possessionem ciuitatis, aut regni vi, & potestia ab eo vello ruito, cedet verius aduersarii huius præcepti, qui docet illum occidi posse à priuata persona. Quia in eo tyrranno verificatur præcepti verba, scilicet esse Regem latem de facto, & in possessione, esto non sū de iure, & ob præceptum usurpari occidi.

At si Rex ille, aut princeps nondum regni præsensi possessionem nactus esset, qui docet illum actu inuidentem occidi posse in defensione res publicae, nequam huius præcepti aduersarii; quia non docet Regem, aut Principem ob tyrannidem occidi posse, sed priuatam personam aggredientem, & vexantem innocentem res publicam: ille enim Rex sic invadens Res publicam, nequam illius est Rex titulus, nec possessione etiam illicita, sed potius praesedit Regem, & Princepem illius esse. Ego quoique falem de facto obtineat, sed dicto præcepto Reges, & Principes spectante, comprehendunt non potest.

10. Septimum præceptum habetur *can. 12. Congregat. &c.* *& decreto 36. & 59.* quia spissam publicis, & sacerularibus principiū negotiis, que ad rationem statu (ut vocant) pertinet, via ratione immittuntur, nec etiam quantumvis per quosque requisitus, aut rogatus eiusmodi res politicas transcedi curam sollicite audeat, vel præsumat. Et transgressoribus imponitur pena inhabilitatis ad quævis officia, d'gallates, & prelatos, & eis quæcumque tam actiue, quam passiu[m] priuati. Finis huius præcepti sanctissimus fuit, nempe ut ab omni specie mali abstinatur, & quæceteris etiam ex falsis præsumptionibus prouincientibus, quoad fieri potest, occurritur. Quæ autem sit materia huius præcepti, que per ipsum prohibita explicatur congregatio 7. Generalis decreto 41. his verbis. Universæ loquendo ea que pertinent ad solam conscientiam, distinctionem principiū, aliorumque qui petunt consilium; per canonem non prohiberi. Quæ vero eō non referuntur, & à spirituali instructione diversa sunt, tanquam à canone aliena vitari debere, & alibi exemplo posset esse. Quæ ad principiū inter se foderā, vel ad regnum iura, & successiones pertinent, vel ad bellam tam ciuilium, quam externa. Si quis publicum harum rerum, & similiū consilii intellexerit, aut tradandis iis operam se ipsa impenderet. Cui explicatione nihil addendum occurrit.

11. Octauum præceptum continetur *decreto 43. & can. 20. congregat. 5. ut verbis:* in virtute sanctæ obedientie præcipitur omnibus, qui refuerint, aut reprehenderint quoenamque machinari aliquid, aut machinatos suis contra institutum Societatis, ut quam primum poterunt. Præposito Generali tam auctores, quam vere complices fideliter deferrant, ut illi pro suo officio, & congregatiōis generali voluntate eos debitis possem afficiat, & a Societate dimittat. Huic præcepti declarationem omnia, que diximus de votis manifestandi ambientes deferunt postulat. Notanda sunt verba: *Qui refuerint, vel reprehenderint scilicet ex certa scientia, vel ex fide digna auditione, ut dicitur decreto 43.* Item notandum est non solum machinationem prætentem, sed etiam præteritam denunciandam esse, ut constat ex illis verbis machinatis, vel machinatis esse. Et quidam, quando machinatus præcessit, sed adhuc eius effectus durat, & Societati periculum inninet, codem modo, & sub eadem obligatione est denuncianda, ac si præsens efficiet quia vere præsens existit. At si tibi constaret omnino emendatam esse, nullumque reliquise effectum, vel periculum, quod raro præsumere debes, non obligaris eo causa denunciare, nisi machinatio publica fuisset; quia ea denunciatio neque ad correctionem delingentis, cum iam correctus sit, neque ad præcaendum dannum Societatis, cum (ut supponem) nullum immineat, dirigiri potest, sed solam ad punitionem. Quando autem denunciatio solum delicti punitionem recipi, publicitatem requirit ad ipsius obligationem, ut constat ex his, quæ diximus tract. de fide, vbi de denunciat-hærcis & tract. de charit. disput. de corr. fraternali in fine.

Huiusmodi præcepto annexum est quod traditur *decreto 1. & can. 1. congregatio 6.* ibi enim postquam confirmatum est decretum congregatiois, editum aduersus societatis perturbatores, & extenuum, ut non solum comprehendant per se Societatem perturbantes, sed etiam qui per interpositam personam domesticam, vel extramam perturbationem procuraverint. Provincialibus in virtute S. Obedientie præcipitur, ut in huicmodi homines inquirant, resoque certi criminis ad Generalem Præpositum deferrant, dentque operam, ut Societas intelligat ipsos non minus strenue, quam fideliter suo ea in re munere fungi.

12. Novum præceptum sub pena excommunicationis late-

sententiae traditur in congregat. 5. Generali decret. 20. aduersus eos, qui per se, vel per alios officium Qualificatoris, seu consultoris S. Inquisitionis præsumperint procurare, vel ambitie in regno Hispanie, alijsque dominis illi tribunali subiectis. Quod præceptum, & sub eadem pena P. N. Mutius Viretelsch anno 1625. extendit ad eos, qui alteri hoc officium procurauerint. Ratio huius præcepti duplex assignatur in supradicto decreto, prima, ut S. Officii ministerio, ad quod afflumere volent Inquisidores ex nostris, liberius, & dignius præstent obsequium. Secunda, ut ambitionis inter ipsos nostros adiutori præcludatur. Circa quod præceptum nihil speciale notandum occurrit præterea, quæ dicta sunt de ambitione dignitatis extra, & intra Societatem, quæ huic puncto applicari possunt.

13. Decimum præceptum sub pena excommunicationis Provinciali reservatae impositum est à congregat. 7. Generali decret. 18. tum in illos, qui in consilio Provinciali exterritos de dimissione sui in consilium adharent, tum in illos, qui quoenammodo exterritorum auxilio, vel intercessione ad dimissionem à superioribus obtinendam veniuntur. Finis huius præcepti est, quieti nostrorum confidere, illorumque dimissione Societate indebet vitare. Duplex est huius præcepti materia, & obligatio. Prima, ne petas consilium de dimissione ad exterritorum consulenti. Secunda ne eorum auxilio, & intercessione ad dimissionem obtinendam vitias. Non tibi prohibetur absolute dimissionem cum aliis à Societate communicare, ne forte obiicias etiæ iniuncta tibi interdicti consilium petat in illo, qui liberè dari potest, & astigit ad petendum à nobis, qui ob amorem suæ religionis presumuntur non dilaceri veritatem, tametsi iudicent tibi expedite dimissionem. Sed prohibetur tibi, ne ab illis inconsulito Provinciali consilium petas. Quod certe iustissimum est, & omnem querelle occasionem tollit. Deinde prohibetur tibi etiæ vitias auxilio, & intercessione exterritorum ad dimissionem à superioribus obtinendam, aduersus quod præceptum delinquis non solum quando ab exterritorum petis auxilio, & intercessionem ad dictum effectum, illudve procuras, sed etiam quando ipsi non regati, sed ex te tibi fauorem præstant ad obtinendam dimissionem, ut verò non impedit, cum possis, nam eo ipso conuenienter illorum auxilio, ut ad dimissionem obtinendam, ac proinde præcepto aduersari.

14. Ultimum præceptum procedit tempore congregatiois Generalis, ut quæ Præpositus Generalis, & assistentes eligendi sunt. Nam 8. p. confitit. c. 6. §. 2. sub excommunicatione late sententiae mandatū culibet è Societate manifestare vicario, vel alii ex antiquis profellis, qui cum vicario conferent, si sciret aliquem hoc munus affectasse (subintelligitur ab obitu generali), ut explicant Suarez, tom. 4. de relig. tract. 10. lib. 6. c. 10. num. 15. Sanch. lib. 6. sum. c. 18. num. 60.) vel etiam nunc affectare direxerit, aut indebet id procurando, vel signo aliquo id declarando. De electione. Assistentem habetur in formula congregat. 4. generalis vers. 3 quies, vbi in virtute S. Obedientie præcipitur culibet è Societate, ut Præposito Generali deferrat, si quem ex congregatiois sive extra congregationem cognoverit, qui in ipsius informationibus, aut extra illas ambitione egreditur, ut vel ipse, vel alius in Assistentem eligatur, aut etiam alii eius eligendi causa alius excludatur, cuicunque est imposita pena excommunicationis Generali referatur. Materia huius præcepti clarissima est. Finis est, ut adiutoris ambitione præcludatur, & electiones rectitudinem sicut, seclusa omni humana diligentia.

P V N C T V M V L T.

De relaxatione status Religiosi.

S V M M A R I V M.

1. Vota relaxari possunt irritatione, commutatione, & dispensatione.
2. Vota statui religiosi annexa Pontifex dispensare, & commutare potest, non autem irritare.
3. Vota substantialia castitatis, paupertatis, & obedientie nullius præter Pontificem relaxare potest.
4. Plures Doctores negant Pontifici potestatem dispensandam in his votis.
5. Probabilior est sententia affirmans. & sati fit fundamentis contraria.

1. Status religiosus relaxari potest, relaxatis votis, quibus constituitur. Constituerat autem substantialiter religiosus status illis tribus votis paupertatis, castitatis, & obedientie, quibus alia vota ex speciali cuiusvis religionis regula, & prescripto annexantur. Ut est in religione Minorum votum quadragesimalis, & in religione S. Mariae mercedis votum redemptionis captivorum in Societate Iesu omnia illa vota

A a 4 quæ